



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

Exemplum Hyperboles. Cap. XXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

Exemplum Hyperboles.

Cap. XXIII.

HYPERBOLE vsus est D. Augustinus, in auaros inuehens: Terra suis limitibus terminatur, aqua suis sinibus limitatur, aer suo fine concluditur, calum suis terminis arctatur, sola auaritia terminū nescit. O auare, si terra tibi cuncta datur, mare queris; sed si terra et mare, aerem petis; sed si terram, mare, & aerem possideres, adhuc calū ambis, & ipsum penetrare affectas; & si calum penetraueris, adhuc non quieueris, donèc te Deo æquaueris, vel fueris superior altissimo. Hypbole ad commouendum & detestandum adhiberi solet; sed rard, vt diximus, adhibeatur, nè ineptus iudicetur orator.

Quo modo sensus & mens rebus tribuantur,
quæ ijs careant.

Cap. XXV.

BEATVS Basilus in eos inuehens diuites, qui dicunt petentibus copias suas non posse sufficere, ita inquit: Lingua iuras, te manus redarguit, tacita enim manus mendacium tuum prædicat, annuli gemma circumfulgens. Idem in oratione prima de ieiunio: Quid enim virum fortissimū Sampson, inuictum effecit? nonne ieiunium, cuius ope matris aluo cōceptus est? ieiunium eum in vtero tulit, educavit, ad ætatem virilem prouexit, et corroboravit. Et in eadē oratione: Det aliquas venter inducias, det, & fœdus nobiscū in dies quinq; feriat, qui semp efflagitat, nec vllum modū facit, qui hodiè accipit, crās obliuiscitur; cū satur est, tū de continentia philosophatur,
obliuiscitur